# Petri Laurembergl Laurus Delphica, seu consilium, quo describitur methodus perfacilia ad medicinam / [Peter Lauremberg].

#### **Contributors**

Lauremberg, Peter, 1585-1639 Lauremberg, Wilhelm, 1547?-1612

#### **Publication/Creation**

Lugduni Batavorum : Apud Iohannem Maire, 1621.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/cxqmhd2n


#### License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org











# MEDICAL SOCIETY OF LONDON



ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

LAURENBERG, Petrus

(5510/A

PE

LA

Conf

X2

PETRI LAVREMBERGI

# LAVRVS DEL-PHICA,

SEV

Consilium, quo describitur Methodus perfacilis ad Medicinam.



Apud IOHANNEM MAIRE.

ANNO MDCXXI.

ON MEDICAL SOCIAL SOCIA

Ma

DN. D

Vors:

Tria

D

Med

Faster

H

LIVM

#### VIRIS

Magnifico, Clarissimo & Prastantissimo

DN. D. ÆLIO EVERHARDO Vorstio, Rectori Academiæ Leydensis, & Professori Medic. primario,


NEC NON

Clarissimo & Doctissimo

DN. D. OTTHONI HEVRNIO Medic. Anatom. & Chirurg. Professori P.

Fautoribus, Praceptoribus & Amic. fummo honore observandis

S.



etta

207

hatt

post

imp

111

TVR METHODVS AD ME-DICINAM, compositum in gratiam Adolescentis cuiusdam Rostochiensis, ex hoc tempore pertransiit per mult as Amicorum manus, non sine magna sollicitatione eorundem, ut id typis curarem exscribi. Consilio & assidua horum flagitatione impulsus hoc cum aggredior, non possum non facere, quin vobis, VIRI CLARIS-SIMI hoc offeram. Nam cum cogito, quanta vestra in me extent beneficia, tacito pudore suffundor, quod nullà gratià summis his meritis respondere possim. Ne autem plane ingratus videar, hoc qualecung, grati animi on usion & renunerov tanguam votivam tax bellam antepedes vestros suspendo, etiam

EPIST. DEDICAT.

etiam atque etiam rogans, ut favore vestro, bonog, affectu, quo me hactenus amplexi estis, etiam imposterum dignemini. Valete VIRI CLARISSIMI, & sim apud vos impetrabilis concedite. Lugduni Batavorum VI Id. April. An. cIo Ioc XXI.

V. V.

6

ta+

observantis.

GVILIELM. LAVREM-BERGIVS Rostoch. Φιλίατο.

A iii

#### PETRI LAVREMB.

ETIISTIAme, L.C. ut Methodum tibi ac semitam præscriberem, quam insistere tutò possis in addiscenda Medicina, ne, quod Philiatrorum quam plurimis evenire hodiè videmus, per avios ductus vageris, non sine gravi temporis dispendio, & laborum inutili molestiâ. Ego vero lubenti animo hão tibi gratiam gratificor, cum nihil mihi contingere possit optatius, quam si tecum communicetur, si quid valeo ingenio vel eruditione, nihilá; magis habeam in votis, quam ut bene proficias.

Principio opus tibi est nonnullis, quæ ad Medicinam afferéda

funt

fun

Aru

nui

nai

fun

# CONSIL. MEDIC.

ie-

ere

di-

um

diè

ge-

le-

nác

ta-

ni-

vel

12-

ene

nul-

réda

unt

funt, quibus jam ante abunde instructum te esse oportet. Romanum sermonem intelligo, & bonam partem Græci. Tumitem fundamenta artis Logica, absq; quibus frustra ad celsissimam Jatriæ arcem aspiras, nec magis proficies, quam in vasto pelago naviculator destitutus velis & clavo. Nitorem Latinæ elegan-plaums. tiæ non alibi quam apud Plau-Seneca. tum, Senecam, Plinium, Bau-Epift. & dium, quærendum esse, sæpius Baudij. ex me audivisti. Græcitatis mediocricula cognitione contentus esse potes. Logices præcepta Logica. compendiò olim à me accepisti, quæ si nimis angusta & succisa Institut videntur, utere Institutionibus gica Pet vel F. Crellij, vel meis, in quibus Lauréb A iiij accu-

accurată hujus disciplinæ ideam adumbravi, non sine pulcerrimis exemplis è foro medico. Si animo porrò indulgere, & controversiis te oblectare discupis, in Orga- remitto te ad Commentarios non . Arimeos Montalbanenses in Orga-

P. L. Co.

Hot.

min

præ

COL

arti

mno

nee

aud

tus

tam

ca

phi

lunt

que

Itur

que

fort

anu

nus

reru

non Aristotelis. Et quia vix fieri poterit, utin stadio Medico decursuro tibi, non sit quandoque vel Opponentis vel Respondentis munere fungendum in Disputationibus, perlegendum tibi & cognoscendum erit, quod olim in gratiam auditoru meorum confignavi, Filum Ariad-

P. L. Arnæum, id est, Ratio promptè Ratio di- & artificiosè disputandi. Neque fputandi. prorsus nulli tibi usui futura est

Mnemo- Divina Mnemonica, cujus adnica. minicu-

miniculo nunquam non ego præstare soleo, quæ in admirationem adducunt ignaros hujus artificij. Infœlici hercles & damnosa hujus sæculi consuetudine eam multi seu irrident, seu ex auditoriis proscribunt, seu prorsus ex mundo exturbant: quæ tamen haut minus quam Logica Instrumentum est Philosophiæ. Ratio & Reminiscentia sunt dux animi dotes, quibus Naturæ auctor à brutis nos sequestravit. Illa à Logica excolitur, hæc à Mnemonica. Vtraque Philosopho necessaria, nisiforte Philosophia definit esse: animi Medicina. Nam non minus Memoria labascit in tanta rerum tamque diversa suppellectile,

## 10 PETR. LAVREMB.

hit

rum

man

tum

imb

dog

fere

neg

risn

tu

tibi

Hz

dici

ut

De

carr

rea

me

per

lun

lectile, quam Ratio. Neutra vero Medico indigna; si Medicus optimus, optimus quoque Philosophus. Crede mihi, ingenue adolescens, téque in hujus artis palæstra plusculum exerce: Non illa te absque brabeo inanem dimittet. Comparabis animo tuo paucissimis diebus non modium aut trimodium, sed ipsum horreum Rerum ac vocabulorum, eaque depromes iterum quum usus postulat aut res. Eam vero tu noli emendicare ab ineptis quibusdam libellis, qui hodie hoc titulo bibliopolarum tabulata ornant. Alia ineunda tibi est via, quam candidâ & ingenua mente, & veluti extento digito ostendunt mex Instiue

11-

12-

ni-

on

ed

10-

ut

i-

el-

lia

111-

uti

lea

fti-

Institutiones Mnemonicæ, qua-P. L. Inrum exempla circumferuntur Mnemomanibus nostratium adolescentum. His humanioribus ita te imbutum velim, ut tamen quandoque, cum occasio ad eam rem feret, iterum ad ea descendas, neq; abjicias penitus. Sed majoris momenti est Physica, quam tu omni studio, omni affectu tibi habebis commedatissimam. Hæc est quasi alterum crus Medicinæ, vel potius manus. Nam ut ille Medicamenta vocabat Deorum manus, sic ego physicam, manum Medicinæ, aut, ut rectius dicam, basin & fundamentum. Absque illa idem experieris, quod Tyro ille, ingressurus Xenocratis Academiam, A vi cui is,

Me

Illin

ejus

nat

pul

Me

me

qua

quo

hæ

auc

tem

ficâ

lati

hic

dur

Tun

Hit

ma

aut

cui is, Abi, acclamabat: mis 20 rabas con exis. Non frustrascripsit Aristoteles initio l: de sens. & sensil; ubi desinit Physicus, inde auspicari Medicum. Et F. de San: & Mor: Medicorum politiores rerum naturalium contemplatione sese oppido exercuisse. Frustra sunt, credemihi, & infigniter operam ludunt, quieunque cum Manardo Philosophiam naturalem ex Medicina exclusum ac relegatum eunt; quasi medicus ista non indigeat, nisi fors ad ornatum. Ego verò audacter pronunctio, qui illius notitia caruerit, eum non tantum non posse morbos scienter averruncare, & Naturam juvare, sed ne quidem mereri nomen Medici.

## CONSIL. MEDIC.

de

hi,

at,

rò

111-

ter

re,

en

Medici. Cui enim medebitur? Illine quod ignorat? Aut ope ejus quod nescit? Medicus est naturæ minister. Natura estexpultrix morborum. Hanc Juvat Medicus adminiculo Medicamentorum, quæ quid sunt aliud quam Entia è serie Naturæ? Et quomodo juvaret, nisi & illam & hæc cognosceret? Igitur si me audias, non prorsus nullam partem studiorum tuorum in Physicâ pones, cujus pomœria, quia latissime patent, iccirco etiam hîc commodo ordine est eundum. Existimem maxime futurum ex utilitate tuá, si meas Institutiones Physicas in oculis, in situtio. manibus, inanimo gestaveris: nesphysica. Inst. autetiam Magiri; quas ita leges, Phys.

# PETR. LAVREMB.

ut definitiones & axiomata memoriæ infigas firmissimè. Si laborum compendium facere voles, facito tibi copiam libelli, quem Foxius luci dedit de Con-Seb. Fo- sensu Phil: In quo axiomata, postulata definitiones physicas ordine confignatas invenies. Si etiam lubido te incesserit perlustrandi intimiores recessus hu-

P.L. Co. ment. & Quæst . in octolib. Plays. In libb. de cœl. In libb. de ort. Int. In libb. de anim Inlibb. Meteor.

xius de

rift. &

Platon.

Phil. A-

jus disciplinæ, voti tui te compotem facient Comentarij mei perpetui, & Exercitationes in Aristotelis libros octo Acroamaticos; quatuor de cœlo; duos de Ortu & interitu; tres de Animà; quatuor Meteorologicos, quos olim juvenis meditatus sum, & publicæ utilitati consecravi, quum fungerer professo-

riá

ria c

doc

nilli

nen

iam

pen

COIT

illos

cell

pro

pell

dici

con

priu

qui

hife

in n

Ma

lis,

nus

10-

et-

111-

LOS

ni.

OS,

tus

C-

riá dignitate, & Philosophiam docerem jussu Regis Christianissimi in Academia Montalbanensi. Præmonstrarem tibi etiam rationem, quâ utibili compendio conficere posses Locos Loci Com communes Physicos: atque ad Physici. illos reducere, & iterum cum necessitas postulat, ex iisdem depromere præsentem rerum suppellectilem, nisi hac vice de Medicina præcipuè tecum agere constituissem. De qua tamen priusquam dicam, non possum quin te horter sedulo, (quod mihi ferè exciderat, & jam numero in mentem venit) ne divinam Mathefin neglectim habere ve- Mathefis. lis, in qua tam sollicité te hactenus erudij. Non potes nescire, quanto-

PETR. LAVREMB. quantoperè hæ scientiæ suturo Medico utiles sint & necessariæ. Juberem te, ut tanquam gnavus miles excurreres quandoque in Castra mea Mathematica, nisi scirem te tua sponte & ultrò jam hoc agere. Ex omnibus eliges (quippe tuo captui aptiorem) P.L. He- Helicona meum, seu collegium licon. Apollinis & novem Musarum, in quo sunt Institutiones ad methodum Arist: adornatæ, Decem disciplinarum mathematicarum, Arithmeth. Geomet. A-Astrono. Strono. Geograph. Astrol. Geo-Astrolog. des. Optic. Musice, Architecton: & Trigonometriæ. Fateor magnum esse & difficilem ambitum tot artium, tot scientiarum, sed. non deeft compendiosa, & mirigon.

fica

larur

re vi

hen

Item

dum

phic

cum

tuna

une

max

20 D

utan

litut

artis

re.

præ

ulur

doca

fica

P.L.Inftit. Arithm. Geograh Geodef. Optic. Mulic. Architeat. Trifica methodus, quâ quidquid illarum est, brevi tempore, labore verò non magno compræhendi potest, sub universali systemate: quam ego methodum, dum docerem Pædiam Philosore. P.L.Pæphicam, nuperrimis mensibus dia Philosophicum adolescentibus nostris, for-catunato successu communicavi.

10

12.

in

nifi

ges

16-

)e-

Iti-

A-

-05

02-

m

iri-

C2

Ad Medicinam jam quod attinet, si in ea discenda volueris maximum operæ compendium ac precium facere, da operam, ut ante omnia generalem constitutionem, & confusam totius artis ideam, animo complectare. confusa enim & citius appræhendimus, & promptius usurpamus, qua distincta, si recte docuit Aristot. Planè idem novellis

Ton

dem

fucc

ris,

lice

cati

fent

au

Inft

qui

fun

nar

diu

Val

deli

Vni

que

gul

per

vellis Philiatris factitandu quod pictores assolent, qui rudi antè penicillo adumbrant, quàm distinctis coloribus exprimut imaginem. Velut panni purpura tingendi prius alijs quibusdam liquoribus imbui consueverunt; ita animi vestri prævijs generalibus compendiorum præceptis subigendi, antequam illustrem & purissimum liquorem solidæ Medicinæ hauriant. Ita fiet, ut maturè & jam ab initio tùm videatis quam late se extendant fines vestræ artis, tum multo aptius & facilius difficiliora quæque, & quæ minus universalia funt, intelligatis. Hujusmodi typum, & catholicam adumbrationem petere poteris ex primo Tomo

uod

inte

di-

ma-

tin-

a li-

int;

rali-

eptis

rem

lida

teut

n vi-

dant

ulto

qua-

rfalia

dity-

obra-

rimo

omo

Tomo operum Joelis, jam pri- F. Ioelis dem typis exscripto; quem ubi in fuccum & sanguinem converteris, jam tum paulatim ascendere licet ad altiora, & ea quæ explicatius Medicinæ faciem repræsentant. Pervolve igitur, & no-Aurna diurnas; versato manu Institutiones Dan. Sennerti, in Institu. quibus prolixiori orationis serie nertin. fundamenta artis plenissimè enarrantur, & longe forte solidius, quam factitatum à Fuchsio, Valeriola, Riolano, Dunc: Liddelio, cæterisq; de genere hoc. Vnus iste tibi erit instar omniu, quem si noris, omnes noris.

Quod si tibi volenti est, singulas artis particulas exactius percurrere, & scrupulosius examinare, minare, (quod ut facias omnino tibi auctor sum sicq; controversias delibare, que de unoquoq; argumento commoveri solent, dicam bonâ fide quos ego legendos censeam auctores potissi-

cujus

fruer

Yere

dixi

prin

artis

corp

repu

miu

iftim

ni c

tomi

nibu

tibus

quan

veris

gniti

mis

man

te op

mumaliisq; præferendos.

Quæ de Elementis, de Animæ facultatibus & sunctionibus, magno apparatu in scenam producunt oi τ inτεων παίδες compendiographi, ca licterogenea esse, nec magis è foro Medico, quam est Galeni Oratio exhortatoria ad artes discendas, id credome solidis & vivis rationibus P.L. Por. demonstrasse, in Porticu Æscufeulapij. lapij mea, quæ est pars prima CORPORIS MEDICI, continens prolegomena totius artis, cujus

ticus Ae-

#### CONSIL. MEDIC.

ino

ver-

109;

ent,

ren-

iffi-

Ani-

bus,

-010

om-

nea

ico:

101-

cre-

bus

Cu-

ima

nti-

rtis,

ujus

cujus usu etiam cum tempore frueris. Cæterum inter ea, quæ verè Medica sunt, silla enim quæ dixi ex Physicis sunt translata) primas obtinet SVBIECTVM artis quod pleriq; dicunt esse, corpus humanum, nec ego jam repugno, quamquam, si intimius rem inspicias, aliter sit existimandum. Corporis humani cognitionem petes ex Ana-Anatotomia tum scripta, tum quæ manibus & reipsa expeditur à vestra tibus Medicis. Dici non potest, quantopere viva inspectio cadaveris artificiose dissecti hanc cognitionem promoveat, imprimis si & ipse coneris quandoque manum & novaculam admovere operi. Si desiunt vel hominum,

21

mem

DIOCI

prori

Neg

Cani

dies

com

VITO

Hậc

imbi

pori

nato

præc

myer

Bat

Voat.

ter e

Fabr

lung

And

num vel pecorum cadavera, ad Icones, (quales sunt à Plancio editi) velut ad sacram ancoram défugiendum, ut oculos & mentem salté umbratili idea pascas, quum verâ non licet. Hæc studij Medici pars hyberno tempore exerceri amat, & quidem ea lege, ut si quid notatu dignum offeratur, seu legendo, seu secando, quod ante ignoratum est, id inscribatur Locis communibus Anatomicis, quorum conficiendorum Methodum desumes ex nostris Procestriis. Ab-P.L.Pto- solvitur verò his capitibus, Nomine, Situ, Substantia, Quantitate, Qualitate, Actione: adquæ reducere, quidquid uspiam à viris Anatomicis ad nostram memo

Loci nes AnatomicL

cestria Anatomica.

CONSIL. MEDIC. memoriam transmissum est, in proclivi erit cuilibet, qui non prorsus pauper est ab ingenio Neque fuerit abs re in privates Canicularum Anatomiis aliquos dies ponere, adscitis ad eam rem commilitonibus tuis, & prefecto viro, qui eius sciétiæ gnarus est. Hâc ratione fiet, ut una hyeme imbuaris haut contemnéda corporisnotitia. Interauctores Anatomicos, quorum ductum & præcepta sequi te oportet, vix invenies commodiorem Cas. Institu. Bertholino; (neinterim te mo- Barthovoat, quod hic omnia sua fideli-lini. ter exscripserit ex Bauhino. & Fabricio ab Aquapend:) cui adjunges historiam Anatomicam. Histor. And. Laurentij, & meum Ano-Anat. nymum Laurens,

ad

cio

am

en-

idij

ore

le-

of-

213-

eft,

mi-

nfi-

fu-

46-

Vo-

am

100

# PETR. LAVREMB.

bellur

nicett

opus (

tis &

vero

cogn

nus,

difti

citare

Mec

& ve

test,

imòe

peries

nullu

que (

rare

com

egoj

Cultit

P. L. Anonymä Ifagog. Anat.

P.L. Anatomi. cus adversus à Lauret. volumen

nymum Græcolatinum, cujus explicatione credo te jam olim in publicis prælectionibus meis accepisse. His tam diuuti poteris, donec in luce prodeat (quod cis paucos menses futurum conquod est fido) PROMETHEVS, seu ANA-II. Cor. TOMICVS meus, in quo ego suporisme pra bis mille notabiles Laurentij errores demonstravi, & quidquid ad perfectam corporis cognitionem quoquo modo facit, prolixe & solide explicui. Sic igitur jactum est fundamentum Medicinæ. Secundus labos F1-NI artis debetur, quæ Sanitas est, eiq; contrarius Morbys. In hac seriè prima est doctrina Temperamentorum, de quibus lege πυτολογώτατον Lemnij libellum,

### CONSIL. MED. 25.

bellum, donec tecum commu- P.L. Calnicetur Callicratus meus, seu licratus. neis opus de Sanitate, Temperaméote tis & Idiosyncrasia. Omnem vero operam adhibe, ut discas on cognoscere & dijudicare proti-NA- nus, visihominis temperiem. Vidisti apud me (si memoriam exntij citare potes,) Instrumentum Instru-Mechanicum, quo citius dicto, Mechani-8 vel momento explorari po-peramen cit, test, hominis seu sani, seu ægri, torum. imò etiam quotidiana aeris temperies, ita ut ad illam aneisfar nullus unquam mortalium absque confimili adminiculo aspirare valeat. De Humoribus commentatus est Scroterus. Et p.L. Naego jam absolutum habeo opus, scroterus

cui titulum dedi, Najades: in quo de Hu-

est

FI-

AS

ina

bus

11-

ım,

## 26 PETRILAVREMB.

est accurata humorum historia.

tholi

tione

tradi

recer

fim

runt

bra

parti

Indi

nies

ligno elega

quur

fibus

te fc

Scio

pleri

Will

fac

Mitt

matica. Argenterius de spiritib. Scheck. de Spiritib. Flaccij Disput. Comes Monta-Eraftus.

itrum in

num.

De Spiritu Argéterius & Schec-PL. Pneu kius; Et mea Pneumatica. De morbi definitione & differentiis Flaccius. Et si controversiæ arrident, Comitis Montani opus de Morbis Erasti responsum ad idem opus, sub titulo Anatomes: Ejusdem denique Montani responsum ad Anatomen Erasti, quos libros omnes PL. Ca-pellege. In meo Castro invalevaletudi- tudinum, quod est opus de Neutrà corporis constitutione, De morbo, causá morbi, & symptomate καθολικώς, hic, inquam, invenies plerasque subtilitates harum controversiarum, Philosophicum & Medicum in modum solidè expositas. Signorum Catho-

CONSIL. MEDIC. 27 oria. tholicam & accuratam explicanec- tionem qui nobis ex professo De tradiderit, neminem ego inter recentiores medicos novi. Sparsim nobis plæriq; eam reliquerunt, quasi lacerata Virbij membra dispersaque. Super hac parte lege meum Hermam, vel Îndicem Pathicum, ubi inve-P. L. Innies plæraque omnia, quæ ad dex Pafignorum indolem attinent, & elegantem Medicum scire æ-Veu quum est. Andr. Laur. De Cri-De sibus satis copiose & erudi-pto- te scripsit. De Vrinis, haut scio an quis commodius scrisha- pserit Reusnero, cujus notas in Reusne-Willichij libellum Vrinarium Willic. de Vrinis. fac sis alicunde indipiscaris. Mitto ctiam meos de Vrinis P.L.De Vrinis. Bij com-

itani

00n-

tulo

ique

lato-

nnes

vale-

pto-

n,in-

100-

tho-

## 28 PETR. LAVREMB.

commentarios, quos te sedulo pervolvisse, neutiquam pænitebit. De pulsibus ubertim quisaxonia: dem disseruit Saxonia: sed maFernelius lim pervolvas Fernelium, qui brevis est, nec obscurus. Subti-

libus enim istis distinctionibus

pulsuum, interturbantur potius, quam instruuntur discentum ingenia. Eas ego cum Remoris, &

impedimentismilitiæjuxtàæstimare soleo. Quî.n.tyro tot dif-

ferétias discriminet tactu digito-

rum, quarum vix vigesimă partem, vel auctores ipsi sciunt di-

judicare, vel uspiam in homine

reperire est. Dico, solo digitorum tactu. Nam instrumentis

Mechanicis explorari exactè sa-

cusphy- tis possunt omnigena pulsuum

discri-

difc

CXC

unu

mai

dur

ret

per

ti, a

nè

Ide

Me

mo

ver

fter

nih

Imp

dur

mu

Iciu

001

Instrumentum Mechanicu-Sphygmicum.

CONSIL. MEDIC. discrimina, qualia à Sanctorio excogitata accepimus, & ego unum ex ære meis confectum manibus domi asservo. Interea dum in hisce te exerces, non abs re fuerit, fi identidem occuperis pernoscendis Paradoxis Jouber-Iouberti ti, doctiffimis me hercles, & pla-doxa. nè ad palatum ἰατζοφιλοσοφέ. Idem de Vallesi controversiis, & Vallesij Mercati voluminibus existima, versix. in quibus sylva cædua contro-catiopeversiarum: quorum tamen po-rá. steriori, (Mercato) quamquam nihil detractum eam de laboris immensi gloria, sitamen dicendum quod censeo, non nimis multum tribuo. Vt ne sis nescius, prolixum illum invenies, obscurum, parumque solidum. Quod B iij

dulo

lite-

qui-

ma-

qui

bti-

bus

TUS,

ım-

15,8

esti-

dif-

ito-

par-

di-

nine

1t0-

ntis

è la-

IUM

CTI-

Quod supra te monui, idem heîc repetitum memineris, ut, si quid observatione dignum

Loci cóvaletu-

invenias, id omne inscribas Lomunes de cis communibus DE VALETY-DINE (hæc enim & sanitatem & morbum suo significatu complectitur) Adornari illi poterunt eo capitum ordine, quem Sennertus sequutus est in Institutionibus. De unoquoque capite aut materia inquisitu necessariæ erunt duæ quæstiones, Quid sit? Quotuplex sit? His si Nomen rei præmiseris, (quo referes Etymologias, Synonymias, & quæstiones aut res, quas non capiunt commode dux illx quæstiones) reipsa experieris, tribus ijs classibus compræhen-

di,

di,

Med

STE

qua

200

ala

80

int

nêt

adr

nus

Bru

Pla

ind

tun

mo

ren

Sup

di, quidquid in monumentis

Medicorum reperitur.

iem

ut,

um

Lo-

TV-

tem

om-

ote-

1em

nfti-

ca-

ne-

nes,

lis fi

re-

ias,

non

illa

eris,

en-

di,

Imposterum perge ad In-STRVMENTA, seu Media artis, quæ triplicia, Diæta, Pharmacia, Cheirurgia. De singulis pauca accipe. DIÆTETICAM ita tra-Etabis; ut non è libris solum, sed & communi vita, etiam à coquis interdum eius cognitionem venêris. In hoc genere copiosus admodum est Julius Alexandri-Iul. Alenus, sed intricatus. Accuration nus. Bruyerinus lib. de re Cibaria; Bruyeri-Planior Quercetan: diætet.pro-nus. indemagisad nutum & genium tuum. Neque non essent maxi- \* Gol. mo usui futuri commentarij pa- parentis rentis mei \* Guliel. Lauremb. Hipp.de super Hippocratis librum, de aereaq. B iiii aere,

aere, aqua & regionibus, si typis essent exscripti. Consule quoq; P. L. Fa-num divæ Fanum divæ Hygieyes nostrum, Hygieiz. idest, Pervigilia Gymnastica de sanitate conservandâ. Etiam hîc desidero Locos communes, ad Pharma- lubitum & arbitrium paratos. PHARMACIÆ latissimus est campus; includens ambitu suo ingenté prosapiam Plantarum, Mineralium, Animalium. Hîc tu mihi totus esto, Vernis & æstivis præcipue horis, in agnoscendis herbarum, fruticum, arborum faciebus, quod fiet si identidem cum Professoribus herbatum, ut ajunt, rus concedas.

Colliges vero, & in perâ tuâ be-

nè pudiceq; asservabis, plantas

majores, minimas, medioximas,

quarum

fas

Qui

tris,

Pro

difc

atte

gilla

reve

faco

artu

exp

mo

12

tano

das

lice

hor

Vun

lam

# CONSIL. MEDIC. 33

ypis

uoq;

rum,

a de

nhic

s,ad

atos.

is est

1 fuo

rum,

Hic

æfti-

cen-

rbo-

den-

her-

edas.

abe-

ntas

mas,

rum

quarum decerpendarum potestas vobis datur inter eundum. Qui diligentiores sunt è philiatris, non longe sese segregant à Professoribus, quorum doctos discursus non hauriunt solum attentis auribus, sed etiam pugillaribus excipiunt. Domum reversus non abjicies protenus sacculum; sed membratim & artuatim unumquodque folium explicandum; recensendæ memoriter omnium nomenclaruræ bis, terque, quaterque, & tandeminter duas chartas mundas plantæ singulæ asservandæ, siccandæ: è quibus subcisivis horis parandum Herbarium vivum, vivum revera adminiculum Boravodozias. Hujusmodi B y herba-

lo Bot

Herb

done

editi

lum

raliu

plant

CO.

Herl

vidi a

quibu

cies 1

pidur

lium.

guo fi

gno,

cibili

manu

ptiffi

Loci comunes Botanici.

herbarium tibi futurum est instar locorum Communium Botanicorum; illudque ita dispones, ut plantæ quidem non alio ordine collocentur, quam quo lectæ fuerunt; attamen, si sieri ulla ratione potest, conjungantur illæ, quæ aliquam inter se affinitatem formæ, & similitudinem figuræ acceperunt. Ad singulas plantas hæc notabis capita; Nomen, discrimen seu similitudinem respectu aliarum plantarum; vires. Vidi etiam, qui ternas colligeret plantas cuiusque speciei; Vnam vere, pullulantem primitus: secundam æstate, pleno jam vigore florescentem; tertiam autumno, semine turgidam. Quos tuæ industriæ

CONSIL. MEDIC.

in- dustriæ maximè cocreditos vo-Bo- lo Botanicos, ij sunt Parentis mei Gul. Lau. po. Herbarium eruditissimum; Do-Herbaalio doneus; Lobelij Icones à Plancio Dodoquo editi. Siita visu fuerit, Matthio-Lobelius, heri lum per ocium inspicies. Mine- lus. ralium notitia haut minus quam plantarum, necessaria est Medico. Quemadmodum è plantis Theca Ad Herbarium vivum costruitur, ita lium. abis vidi à Philiatris parari thecas, quibus asservabatur nativæ species Metallorum, terrarum, lapidum, & reliquorum mineralium. Poterit id & sumptu exiguo fieri, & apparatu non magno, sed fructu & utilitate indicibili. Ita fietut, quia semper ad manum sunt, citiffime ac promptissime agnoscantur. De Hi-B vi storiá.

rum

ntas

ere,

un-

ore

no,

in-

Tiz

storiá Mineralium, auctor tibi Cæsalpi- sum ut Cesalpini libros legas; & Libavius. Libavij quædam opera. In Animalium historia si quid memorabile & dignum laude addiscere discupis, oportet te sedulum esse, in opere laboriosissimo, & aureo plane, Gesneri de Animalibus.

Gesneri opus de animali. bus.

Cæterum ut hodie est hominum ingenium, non potest Medicus absque nominis rumusculo ac dedecore nescire ca Phar-Chemia. maciæ partem, quam Chemiam nominant, cujus præcipuum munus consistit in plantarum, mineralium, animalium præparationibus multijugis, Volcani & Fornacum operâ. Si domi tux non licitum est instruere

TOVISH-

明河

tibi n

conti

lam

& C1

aga

All

han

bun

Vati

rum

le ti

Beg

dan

bell

tea

eft,

血

rip;

tibi

15; &

Ani-

emo-

lifce-

ulum

10,8

Ani-

omi-

Me-

ulcu-

har-

niam

uum

rum,

apa-

cani

domi

ruere

19191-

movique sov (cujus tamen rei anfam tibi non levem præministravi) consuadeo ut ad Pharmacopolam vestratem crebro invisas, & cum ejus famulis super hac re agas, quoties illi laboribus & destillationibus incumbunt. In hanc partem studia tua juvabunt, & promovebunt, Obser- p. L. ob. vationes meæ chymicæ, qua- chemica rum aliquam partem descripsisse te memini: quibus adjunge Beguini Tyrocinium, & quof- Tyrocidam Libavij ac Quercetani li- Chem. Beguini bellos. Ad Chemiam simulac Quercet. teaccinxisti, necessum quoque est, ut degustes placita Paracelsistarum. Nam illi à vulgari Peripateticorum Philosophia, & Galeni Medicina dogmatica, feorfim

able

tus

pen

an

luis

cus

mu

dan

tup

etia

bus

purg

faci

mod

huju

dij P

tani

prax

GI

greg

seorsim & sentiut, & alienissime loquuntur. Istic notabis privos propriosq; terminos hujus hereseos, & quibus articulis conveniat, quibus divortium faciat cum Arist. & Gal. quod recte & accurate spero me docuisse Publicis Disput. Præteriti anni, quarum continuatione adhuc operæ meæ occupantur. Consule quoque Sennertum, libello ens. Phil. de Consens. Phil. & Chem.

ennert. Chem.

L. Col-

egium Dilje.

hyfic.

Huc etiam pertinet (postquam in prædictis mediocriter es versatus.) Ratio componendorum medicamétorum, cujusmodiego quidem accurato satis inchoamine adumbrare cœpi, fed nondum nec elaborare, nec numeris membrisque omnibus absol-

P. L. harmaopæa inhoata.

VOS

re-

Ve-

ciat

8

11-

luc

n-

llo

At-

ter

absolvere potui, alijs circumventus laboribus. Facilem & compendiosam nobis reliquit Ru-Rulandi landus, & olim cum auditoribus suis communicavit Sal. Alber- sal. Altus; hodie vero suo titulo & no- bertus. mine divulgavit Lubbert. quidam Esthius, consilio & conatu parum honesto. Lonicerus Lonice. etiam opusculo de purgationi- rus. bus, Methodo optima docet purgantia commiscere, quam facile quis etiam alijs accommodet remedijs. Inter cæreros hujus classis, utere Swenckfel-swenckdij Pharmacopæa, & Querce-feldt. tani, & Heurnij methodo ad Heurnius praxin. Superest CHEIRVR-GIA, quam infæliciter segregatum eunt à Medicina, plæri-

forus

Che

Aca

tap

Phl

bis

ijsp

frac

puta

near

nes

mac

tion

fus.

60701

cogi

deft

leme

aliqu

deco

plærique hoc ævo, & hujus oræ homines; faciuntq; divortium inter geminas germanas filias unius matris. Non sic Hispani; non sic Galli aut Itali, qui Chirurgiam & profitentur, & exercent, quamvis clueant Doctores Medicinæ dogmaticæ. Quãquam ista manuum adminiculis indigeat, non idcirco indigna est viro Medico, aut rejicienda penitus, & committenda stolidis ac ineptis quibusdam tonsoribus. Sed ab atroci hac injuria tam nobile depositum sedulo vindicavi, in Porticu Æsculapij meâ, cujus jam ante memini. Tu, si meum sequi consilium es animatus, frequentabis indies officinas vestratium barbitonforum;

#### CONSIL. MED.

mun

filias

ani;

Chi-

xer-

ato-

)แล้-

culis

igna

enda

Aoli-

onfo-

juria

dulo

lapij

nini.

m es

ndies

iton-

rum;

41

forum; (quoniam peculiaribus Cheirurgiæ Professoribus caret Academia vestra) & instrumenta primò illorum, deinde etiam Phlebotomias accurate spectabis & addisces. Site adjungere ijs potes, cum tumores, vulnera, fracturas curant, id in lucro deputabis. Neque te pudeat à balneatoribus discere scarificationes & cucurbitulas, velutà Pharmacopæo Clysterum applicationes, & quæ sunt similis cenfus. Est, ubi Medicus ipse Φλε-Comper, cateraque hac exequi cogitur, ministrorum præsentia destitutus; quemadmodum non semel memini me videre. Novi aliquos, qui non sine insigni dedecore & pudore, negabant se vel

42 PETR. LAVREMB. vel istadidicisse, vel posse satisfacere ægrorum voto; qua de sporisco causa reinfectá, urgente interim non ind morbi periculo, & ipsi frustra dico. Si habitifunt, & ægri intervivos ef- mine se desierunt. Novi etiam, ubi eos Co cum lauta mercede, comite ho- Hall nore, Medici recesserunt, probe munen in istis exercitati. Inter Chirur-perest giæ scriptores, cæteris omnibus sic en Chirurg. anteponendos censeo Jouber- que to tum, Commentariis ad Guidon. Is mor Paræum, & ex nostratibus Foel. tendis. Wirtz. Gul. Fabric. quibus ad- deila Gul. Lau- junge Parentis mei opera Chi- diorum pera Chi- rurgica. Nunc porro series ducit ad confun medendi methodum, in qua, de mo omnes inter, palmam præbeo crebro Fernelio; Eum tibi facies fami-

liariffi-

Foel.

Wittz. Guliel.

Fabric.

zurgica.

CONSIL. MEDIC. 43

liarissimum; non spreto interim

Sporischi Enchiridio, quod ego schij Enchir

erim non indoctum aut inelegans ju
chir.

dico. Sednec Hippocr. aphorises ses smi negligendi, & Hollerij in Holler.
in aphore

, ubi cos Commentarij.

eho Hactenus deduxi te per Comrobe munem Medicinæ partem. Superest propria, seu specialis, (sic enim eam dividere soleo) ber quæ tota occupatur polydædadon lis morborum speciebus aver-Foel tendis. Huc omnis tendit Mesad dici labos. Hæc ultima stu-Chi diorum tuorum meta & terminus. Initio (ne teipsum ital confundas, ) cognitos tibi redqua, de morbos illustriores, & qui eben crebro incursu nostrates affligunt. In illorum historia hæc fumma riffe

summa capita observabis, a quorum ordinem conficies Lo cos communes Pathologicos Nomen, subiectum, Causas, de finltionem, differentias, signa curationem. Inter auctores po tiores sunt, & captui tuo utibi liores, Gualt. Bruel: Hollerius Platerus, Ioel, & mei parenti Hollerius opusculum auro contra carum de febribus: Inter Chemicos remb.de Finccius, Crollius, Petræus No Finckius. sol: Quercetanus. His perlustra. tis perges ad morbos cæteros, de quibus tot Practicorum (ut ma. le vocantur) volumina prostant, 10 8 ut in ijs enumerandis Diespiter min mihi esset implorandus. Omnes Aub vero pervolvere unius hominis & h ætas non patitur. Etiam in hac ati

parte

Gual. Brueli. Crollins. Quercit.

CONSIL. MEDIC. 45 parte Methodice explicanda, & es Lo ab innumeris erroribus repurgicos gandâ, non inutibilem me po-luisse operam, grata aliquando figna posteritas testabitur, & cognocs po scet ex ultimo volumine corpo-P.L. Vlti-utibi ris mei Medici. Sed cum huc-lum. lerius usque pedem promoveris, non Corp. detinebo te quin in vastum pelagus Paracelsicorum, Hippocraticorum, & Galenicorum operum te audacter immittas. De Galeno hoc tibi spondeo, totique litteratægenti, cum Bo-Hofmanno Deo, habituros vos aliquan-ni editio ut ma do editionem illius Græcolati-tina opeftant nam emaculatissimam, quam espite Aubriorum flagitatis adducti, mns & honestis conditionibus invitati, in nos recepimus, & improbo part

probo labore adornamus, ego, & Vir multiplici eruditione prestantissimus, illustre Medicorum & Philologorum decus, D. Casp. Hofmannus Profes. Acad. Altorf. Noric. conquisitis undig; in eam rem lectissimis exemplaribus, non sine magno apparatu eruditiorum Interpretum. Hæc editio ad hanc quidem futura est faciem. I. Græcus, Latinusq; textus cojunctim legendus offeretur. II. Latina versio pura erit, & vernacula, exprimens nativam elegantiam Græci characteris. III. Vterque codex (quod hactenus negleêtum) discriminabitur in capita: hæc in versiculos ac textus. IV. Cuiq; capiti apponetur elegans breveq;

um

adju

rum

gan

cedo

00,0

erue

etia

imp

dici

CONSIL. MED. 47

breveq; argumentum, exhibens non solum vim totius capitis, sed & præcipuorum versiculorum. V. Compédiosa brevitate notabuntur in margine summulæ rerum ac verborum. V. I. His sub umbilicum cujusque codicis, adjungetur Spicilegium variatum lectionum, una cum elegantioribus, sed succinctis notis ad loca magis ardua: itemque Index omnibus numeris absolutus.

Erit forte ut olim etiam docédo, seu publico seu privato loco, occupaturus sis aliquam tuæ eruditionis partem. Ego vero etiam hic viris bonis non desui, mprimis Philosophis ac Melicis. Hactenus quidem Rhetores

rula,

rque

pita

gans

vegi

tores nostri soli Jurisprudentia adjudicarunt facultatem oratoriam, nec aliud crediderunt ejus esse munus, quam in foro, inter litigantium rabularum clamores, & odiosas causidicorum mier querelas, perfidiose obambulare. Philosopho, atque Medico cum hac arte nihil esse rei. Inficetum mehercles, & stultum blun hominum genus! Quasi non min siet Rhetorica instrumentum kra totius Philosophia, omniumą; plina disciplinarum, haut minus quam Logica. Quasi argumenta Phi-pent losophica & Jatrica, æq; ornate tione & eleganter dicendo ac per- incol suadendo tractari nequeant, vidia quam Juridica. Quur istis sua quo præcepta potius invideat Rhe- dicu torica,

CONSIL. MEDIC. 49 orica, quam his? Mirari soleo, ora juid illis venerit in mentem, funt lum quatuor causarum geneforo, a huic arti ascribunt, quibus nda tompræhenditur omnium maerierum & entium latitudo, bula nterim solam Jurisprudentiam die lignam judicant, cui ista anla zilletur? Quæro ego num non olum Genus Judic: ad forum non attineat, & lites juridicas? Cæmm :era verò tria per omnes disciolinas & harum subjecta vagenur? Habeant igitur sibi Juris-Phi periti quartam Rhetoricæ pornate ionem: Reliquas tres nobis per ncolumes relinquant sine inridia. Ad harum Regulas, juo pacto Philosophus ac Methe licus, suorum in & a gazenua discurrica

PETR. LAVREMB. discursuum, lectionum, atqu rationum argumenta compo nat, ut prompte, eleganter, & ubertim de ijs disserat, no absque persuasione relictà in a nimis auditorum, id bonâfide & succisa perspicuitate docu P.L.Me- Methodo mea Rhetorica for mandarum orationum. Hacte nus deduxi terecto tramite, a opificij medici penetralia, & recessus intimos, id est, a Ee 200. Nunc quoque tablina 8 ambulacra velim ut pellustres Ita nomino migespou, quibu & ipsis Medici studij severi tas carere non potest. Vt ner vus incessanter tensus, rigo ris nimietate rumpitur: Ita a nimus discentum frangi solet

ve

Rhet. Orat.

MB. CONSIL. MEDIC. 51 aquivel saltem attenuari, & à roboompore plurimum deperdere, nisi aliquod habeat laboris relaxamentum. Non invidio seutibi, seu Philiatris alijs, nec imnafide pedio quo minus declinetis docui quandoque à mentis gravioribus excercitijs, ad ludicra: sed honesta, & talia quæ non dedecentingenuam indolem. Ego me non diffiteor olim affinem fuisse illarum rerum, quas fert adolescentia. Nunc verò, quoniam hæc ætas aliam vitam, alios mores postulat, sicubianilevel mus languet, assiduâ meditatione fractus recreari gestit, soig- leo non quidem ut transfuga, m + aut cacula mercenaria spe illefolet, Aus, sedut speculator, velpotius

tius honorarius, aut, ut Livius 100 ait, voluntarius miles, transire in castra artium quarundam ere mechanicarum. Interdum ad 100. exemplum Hermetis, Gebri, 1800 Trevisani, Paracelsi, fornacibus vasculisq; & operationibus Int Chemicis operam meam loco. Nonnunquam cum Vulcano, vel argenteas laminas, vel ferrum, æs, aut cuprum in varias duco formas. Est quoq; (sicubi horum tædet) ubi elegantes ex cerà effigies eburneo cælo artificiosè elaboro, & hominem ad vivum exprimo. Aliquando dolabellam sumo in manus, serramq;, asciamq; & ad libellam exigo committoq; asseres. Quin nec pudet me libros

CONSIL. MEDIC. 53 ibros, charissimam Eruditorum suppellectilem, compingere, & eleganti includere syttepono Poeticen, & Musicam, quæ nisi animum sæpe desæcassent meum, jamdudum ego, ut oco ingenuè fatear, desissem esse inter vivos. Quam voluptabile mihi accidit, cum nitidis illis lepôrum & omnis venustatis artificibus Poetis, vel colloqui, vel scribendo aliquid componere. In Musicis nullum est, ho præfiscine dixerim, Instrumentorum genus, seu sidibus & manu pulsetur, seu leniori spiritu animetur, cujus ego me solertem nequeam dare, quantum scire equum est hujusmodi tme C iij homibros

hominis genium. Narro tibi, mi adolescens, Musica multas ex mente delet nebulas morositatum, quæ subrepere solent à studijs severioribus. Hæc eâ fini commemoro, ut quod sequare, habeas exemplum; quanquam scio te scire, etiam viris magnatibus & principibus curæ esse Mechanica nobiliora, proinde nec dedecori, nec impedimento futura studioso litterarum. Hæc ita tractabis, ut cogites esse in studijs idem, quod in convivio bellaria; quibus carere quidem licet, sed cum apponuntur, cœnam faciunt magis pollucibilem.

Verum desino jam præceptionum. Tu modo hac, quam

præmon-

Au

Te

CONSIL. MEDIC. 155 præmonstravi viam, acer &

industrius insiste. Ea, nisi me insigniter fallit sententia, ductura te est ad summum Jatrici honoris fastigium. Tuarum

ent

câ

Se-

211-

012

im-

lit-

, u

m,

juifed

fa-

ce-

iam

011-

sam erit partium, totis industriæ viribus in id incumbere,

ne nos, quam de te concepimus, spes fallat. Amplecte-

re hasce rerum benè gerendarum commoditates: Vrgeque

præclaram occasionem. Et cum omnia fabricandæ erudi-

tionis instrumenta, velut vir-

gulâ divinâ, in patriâ tibi suppeditentur, cave ne frustreris

spem & expectationem paren-

tum, quibus summa votorum

est, videre te auctum proven-

tu bonæ frugis, cujus jam mes-C iiij sem fem tibi metere licet uberrimam. Sic siet, ut olim suturus sis parentibus gaudio, tibi ipsi honori, amicis præsidio, patriæ denique emolumento. Vale.

FINIS.



minorov amends roden

Lugduni Batavorum,
Typis Petri MolinÆi.

mi-

itu-

ribi

io,

ANNO MDCXXI.

Lugden Batavoruta.

